








Peckham

"L'ouvrage se compose de 3 livres. — Au lib II (I?), prop. 82, l'auteur développe la théorie qui attribue au ciel la figure apparente d'une voûte surbaissée."

173. — **Peckham, Joannes,** Archiep. Jo. Archiepiscopi Cantuariensis | Perpectiua communis. | (A la fin:) Impressum hoc opus Venetiis per Jo. Baptistam Sessam. Cal. Junii. | M.CCCCCIIII. Diligentissime emendatum. Per. L. | Gauricum Napoletanum | (1504). Avec une belle figure grav. s. b. au titre, deux différentes marques typogr., beauc. de figures mathém. aux marges et plus. magnifiques initiales. 20 ffch. In-fol. Cart. 160. — 1910

Rivoli, p. 244. Sous le titre cité ci-dessus on remarque le magnifique bois, représ. l'auteur assis à son pupitre, une couronne s. la tête, un livre ouvert devant lui, et montrant du doigt une sorte de pyramide placée à sa droit; trois personnes à gauche, l'un d'eux écrivant; nombreux livres à terre au premier plan. La gravure est entourée d'une bordure noire à ornements blancs.

Magnifique exemplaire grand de marges.

☞ Voir le fac-similé à page 1.

Jo. Archiepiscopi Cantuarienſis Perſpectiua communis.





L.GAVRICVS NEAPOLITANVS, PAVLO TRIVISANO PATRICIO VENETO. S. P. D.




NATVRALIS optices, idest Perspectiuæ libros, Quum & librarii ipsi, & studiosi cōplures, De me quasi debitū expostulassent, castigatos uulgo ut traderem, Indignū quidem putaui denegare, Et si quo modo possem, non prodesse, Aut nulla in re officium meum deside rari. Recepi itaq;, ac mox deprauatos supra tercentum locos, In suum candorem restituimus, Docuimusq; non aliter loqui, q̄ ab ipso olim autore iussi, Et, ut res apertius intelligeretur, in suos capitulatim tractatulos distinximus, Figurasq; etiam ipsas pene cōfusas in proprium locum reduximus, Omniaq; ni fallor, in pristinam dignitatem redegimus, ut omnes intelligāt, Antiquissimū apud me esse, quamplurimis prodesse, Et publicarū rerum semper rationem habere, Quod in plerisq; rebus, hactenus ostendimus, & ut spero, in posterum ostendemus, Sed cui nā hec ipsa οπτικα dicarentur? Nulli me hercle dignius Accōmodatiusq;, q̄ oculatissimo uiro, & sapiētissimo, Tibi PAVLE Triuisane Equestris, Senatoriiq; ordinis decus, Qui nullum tempus a sapientiæ studiis, Nullum tempus a rebus agendis, ut Cicero, ut. M. Cato solebant, Intermittere soles, unusq; omnium qui laudātur uirtutes aut æquare uideris, aut superare, Nō equidē blandior, Testes sūt prudentiæ atq; eloquētiæ tuæ, Ad quos sœpe expectatissimus orator uenisti, fere totius Europæ Reges, Testis est integritatis tuæ Patria tua, Quæ sacrosanctum illum tribunatum tuum tantopere mirata est, Testes sūt sanctitatis tuæ in procōsulatu Foroiulienses, In prætura Brixiani, in præfectura nunc Patauini, Qui sapientissimæ suæ urbi, Sapientissimum gubernatorē se iam tandem sortitos letantur, gloriātur, Quare habe tibi quod tuū erat, optices hoc munus nostrū quod haud dubito quin tibi gratissimum futurum sit, Est enim ut scis, optice media inter mathematicum & naturale, Atq; uti oculorum sensus cæteris est nobilior, ita & optice suā obtinet dignitatē, Vale, Atq; uti Paulum, hoc est litteratissimum Senatorem decet, Litterariæ reipu. nostræ cōsulas, Et Gauricum tibi iampridem deditissimum Ama, Patauii Sex. Cal. Mar. M.CCCCC.IIII.

Radius est triplex
Directus est qui a re aliqua uisibili ad oculū funditur rectū deferens similitudinē rei. Et de his radiis tractatur in prima parte huius libri
Reflexus est q̄n a re uisibili iacitur radius sup corpus speculare et reuerberatur et sic uenit ad oculū. De quibus radiis in secunda pte huius
Refractus est q̄n radius ponitur in alio medio q̄ oculus ut si aliquid ponitur in aqua et oculus in aere: tūc radius frangitur in primo medio sz aqua. De hoc in pte ultima

IO. ARCHIEPISCOPI CANTVARIENSIS PERSPECTIVA COMMVNIS. PER .L. GAVRICVM NEAPOLITANVM EMENDATA.

INTER philosophicæ cõsiderationis studia: lux iocundius afficit meditantes inter magnalia mathematicarum. Certitudo demõstrationis extollit præclarius iuestigantes. Perspectiua igitur humanis traditionibus recte præfertur: in cuius area: linea radiosa: demonstrationum nexibus complicatur. In qua tam mathematicæ q̃ philosophicæ gloria reperitur: utrisq; floribus ornata. Cuius sententias magnis dispersas ambagibus in cõclusiua cõpendia coartabo mixtis iuxta modum materiæ naturalibus & mathematicis demonstrationibus nunc effectus ex causis nunc ex effectibus causas conclusurus: addendo etiam nonnullas conclusiones quæ ibi non habentur: ex eisdem tamen eliciuntur. De luce igitur tractatem lux omnium dominus dignabitur illustrare: præsens opusculum in tres particulas partiturum.




Primæ partis Capitulũ primũ. De iis quæ obiiciũtur uisui. Cõclo. I.




Vcem operari in uisuũ cõtra se conuersũ aliquid impssiue

Hec conclusio probatur sic per effectus quoniam uisus in uidendo luces fortes dolet & patitur. Lucis etiam itensæ simulacra in oculo remanẽt post aspectũ. Et locũ mioris lucis faciũt apparere tenebrosũ: donec ab oculo uestigium maioris lucis euanuerit. Cõclusio. II.




Olorem illuminatum impressiue i uisum operari.

Hec oclusio pbatur experimẽtis sẽsibilibus. Amplius oculus super fortem colorem illuminatum luce forti: fixa intuitione: cõuersus: si ad colorem debilius illuminatum: se flexerit: inueniet colorẽ primum secũndo apparẽter misceri: quod nõ potest nisi uestigiis eius in oculo derelictis. Conclusio. III.



Vemlibet pũctũ lumnosi uel illuminati obiectum sibi medium totum simul illustrare.


Hec conclusio pbatur: quoniam quilibet punctus luminosi uel colorati: uisibilis est: in qualibet parte medii sibi obiecti. Sed non uidetur nisi iprimendo super uisum: igitur imprimi scdm omnẽ pũctum medii sibi obiecti.



Conclusio. IIII.

Otum luminosum uel illuminatum in quolibet puncto medii, pyramidem sui luminis terminare.


Hec conclusio patet: quia si quilibet punctus luminosi illuminat quemlibet punctum medii totum luminosum luminat quemlibet punctum: quod non posset esse: nisi luce pyramidaliter cadente in qualibet partem medii: per quam pyramidem uideri potest. Concl. V.




INcidentias radiosas per angularia foramina trāseūtes: in obiectis corporibus rotundari: eoque semp fieri: ma iores quo remotiores.

¶Hec conclusio sequitur partim ex quarta: quoniam radii in quo uis puncto medii pyramidaliter terminati non sistunt ibi: sed intersecando procedunt: ergo quando per foramen incedunt angulare: radii: qui in foramine se itersecantes indirectum producti quum in tantam distantiam prouenerint quanta est distantia: ex alia parte solis dilatantur ad quantitatem solis: quoniā si angli contra se positi equales sunt: & latera ex utraque Parte pyramidis equalia sunt: necesse est & bases equales: ut patet ex primo euclidis Causam autem rotūditatis incidentiæ diuersi diuersimode nixi sunt assignare. Quidam ergo simpliciter causam attribuunt solari rotunditati: ut sicut radius a sole: sic rotunditas a rotunditate. Ad hoc argūmentū sensibile assumentes: quia tempore eclipsis solaris: huiusmodi incidentiæ: per foramina angularia: fiunt nauiculares: secundum portionē quā abscindit luna a sole: propter quod rotunditas a rotunditate proueniet. Et si hec causa sufficeret: tunc incidentia ista rotunditatem acquireret: sic prope foramen ut longe a foramine: cuius contrariū uidetur.


Alii subtilius causam attingētes: solarem rotunditatē huiusmodi incidentiæ ponunt causam remotam. Radiorū autē intersecationē causam propinquam: per hunc modum: accipiatur foramen triangulare .a.b.c. & accipiatur superficies triangularis in corpore solis solido .d.e.f. & sit basis pyramidis triangularis incidentis per foramen dictum. & latera sua lateribus dicti foraminis applicentur que continentur in pūcto .g. ultra foramen. Amplius imaginemur in sole circulum triangulum dictum non penitus circunscribentem sed paulo minorem: & sit .k.l.m. circunferentiam suam fere angulis suis applicantē. Tunc ab hoc circulo procedūt rotundæ pyramides quarū nulla potest pertingere penitus integra: usque ad .g. angustia foraminis impediente. Potest forsan aliqua pertingere punctum aliquē foramini propinquiorem: uel saltē in ipsa superficie foraminis contentum. uerbi gratia sit punctus .h. tunc angulus pyramidis terminatæ in .h. maior est quam angulus terminatus in .g. quia lōge breuioris est pyramidis. certum autē est ꝙ radii pyramidis breuioris rōne maioris anguli: quē continent ducti in continuum & directum secabunt radios pyramidis longioris: & qui ante intersecationē fuerāt contenti & inclusi: post intersecationem continentes alios & includentes erūt. igitur quum predicta minor pyramis sit rotunda: sequitur ut post intersecationem predictam: incidentiam faciat rotundam: sicut patet in figura ubi planicies potest figuras solidas declarare. Patet enim ꝙ radii pyramidis rotunde .k.l.m. cadunt in .h. & ibi sese intersecantes extra pyramidem triangularem se dilatant. Amplius si accipiantur radii a sole centraliter egredientes: qui sunt fortiores aliis radiando ut sunt .t.a.t.b.&.t.c. ipsi cadent intra dictam pyramidem rotundam secantes eam in pun



ctis.r.s.igitur saltem post illam intersecationem erit talis pyramis rotun/da. Sed certe hec imaginatio locum habet etiam si sol esset magnæ figuræ quadratæ:in ipso enim esset triangulus aliquis qui posset foramen triangulare recte respicere.Et circulus triangulū circunscribens: aquo posset pyramis rotunda procedere.Et ita rotunditas solis non esset causa propinqua:nec remota huius rotunditatis incidentie. Amplius secundum hoc pyramis rotunditatem haberet & acquireret subito scilicet post intersecationem istarum duarum pyramidum in.n.o.uel.r.s.quia secundum hoc quicquid esset ultra.n.o.uel.r.s.esset rotundum complete.similiter quicquid esset citra & ultra triangulare foramen:esset triangulare. Cuius contrarium est manifestum ad sensum:quia uidemus lumen ipsum paulatim rotunditatem acquirere.dico ergo istam intersecationem ad rotunditatem posse conferre:sed non causam totam administrare. Sciendum est igitur figuram sphericam luci esse cognatam:& omnibus mundi corporibus principalioribus consonā:ut pote naturæ maxime seruatiuam: quæ omnes suas partes suo intimo perfectissime contingit. unde & scintilla in rotunditatem incidit. Ad hanc igitur lux naturaliter mouetur: & eam protelata distantia:paulatim acquirit.In tempore autem eclypsis fit predicta nauiculatio:quia impeditur ista actio totaliter: & secūdarie diffusio lucis in parte ista:ubi radii solares abscinduntur:deficiēte enim principali lumine:necesse est & secundarium deficere. Amplius si rotunditas eēt causa ex intersecatione:tunc si sol eclipsaretur in parte orientali: deficeret incidentia in parte occidentali:& non solum in eadem parte cum sole: quod falsum est. Amplius radii.x.u.&.p.q.applicant se lateribus foraminis:& sequuntur figuram eius.Et certum est quod isti omnes alios radios includunt:qui rotunditatem possunt radiositate recte generare. Per modum igitur radiorum:ut dictum est:impossibile est causam rotunditatis perfecte reperiri.Est igitur causa cum precedentibus formalis:quoniā figura spherica non solum est cognata corporibus mundi principalioribus:sed etiā ī eorū operatiōibus principalibus cū debita distātia. Cō.VI.







Hæ tres figuræ deseruiūt propositioni sextæ


OMnem punctum luminosi hemesperaliter super medium radiare.

¶Hec conclusio probatur quoniam si punctus lucis in diaphano ponatur orbiculariter se diffundit. Cum autem situatur punctus in superficie corporis densi medietas sibi precluditur spatii quam abscindit densitas corporis in quo situatur. Restat ergo sibi diffusio hemisperalis & hoc intelligitur in planis & sphericis superficiebus,quoniam in concauis,concauitas prohibet liberum ampliari lumen. Concl.VII.


RAdios uisibilium impermixte medium illustrare.

¶Lumina enim nō confundi in medio patet,per umbrasque uidentur secūdum numerum luminarium.multæ enim candelæ adunum opacum tot faciunt umbras quot sunt cādelæ. Concl. VIII.

LVcem fortem orientem super uisum & medium:quedam uisibilia occultare.



¶Hoc patet sensibiliter. hec enim est ratio quare stellæ nō die uideantur quoniam lucis solaris uehementia occupat totam capacitatem uisus pp quod minores motus & tactus sunt imperceptibiles pp excesū maiorum motuum.unde licet radii stellarum moueāt uisum in presentia solis: motus tamen earum non est sensibilis propter excellētiam fortioris impressionis:quod patet per oppositum quoniam sole existente in meridie homo qui est in puteo profundo uidet stellas perpendiculariter sibi superpositas quarum radii plus descendunt ad fundum q̄ radii solares obliqui super puteum orientes propter quod eorum motus potest esse in oculo perceptibilis. Amplius tempore nocturno uehemens ignis in medio, certam



aufert intuitionem eorum que ſunt ultra ignem, propter dictam cauſam. Conclu. IX.

LVcem fortem ſuper quedam uiſibilia orientem, ipſa oculo abſcondere exiſtente loco lucis temperatæ.

¶Hoc patet quoniam luce forti oriente ſuper corpus ſculptum ſubtilibus inciſionibus ſculpturæ non apparēt, inceſſu ſplendoris uiſum occupantis impediente. Similiter multa ſunt que poſita in tenebra uidentur. luci uero expoſita diſparent uel adminus non lucent: ſicut ſquamæ piſcium & ignis mediocris: eadem ratione propter exceſſum ſ. fortioris impreſſionis excludentis impreſſiones debiliores. Concl. .X.

LVcem fortem multa uiſibilia oſtendere, que debilis occultat.

¶Hoc poteſt oſtendi quia que in luce modica non apparent ad fortiorem deducta declarantur. Hec tamen propoſitio præmiſſe uidetur contraria. ſi enim lux fortis abſcondit, qualiter oſtendit: Sed nota q lux fortis abſcondit quando proportionem eius excedit, quia tunc occupat totam capacitatem ſenſus: aliter non. Concl. .XI.

LVcem fortem ex materia flammea radiantem, maiorem in nocte quam in die: & de longe quam de prope infallanter apparere.



¶In die apparet mīor claritas iccirco quia maiori claritate circūfūditur: in nocte maior quia tenebræ iuxta ſe poſitæ in toto ambitu ſuo libere preſentantur. Item de prope minor appet quoniam flāma a diffuſo lumine diſcernitur: de longe maior apparet: quoniam propter diſtantiam inter flāmam & lumen forte propiuquum. flamma a lumine non diſtinguitur: ſed per modū grandis luminaris indiuiſe oculo pſentatur, Cōcl. XII.

NIhil uideri abſq; luce: colores abſq; luce non uideri. colores corporum diuerſificari apud uiſum ſecundum diuerſitatem lucis ſuper ipſos orientis.

¶Hoc patet expreſſe in quibuſdam coloribus qui in luce mediocri, apparent turbidi. ī luce aūt forti clari & ſcītillantes. imo alterius diſpoſitionis in luce ſolis q̄ in luce candelæ. Tempore autē eclypſis ſolis omnes colores & omnes res coloratæ coloris ſui ſolita uenuſtate priuantur Amplius idem apparet in collo columbæ quod cum unius ſit coloris uariis tamen aſpectibus uarie illuſtratum ſub differenti ſpecie oculo preſentatur. Cuius ratio eſt quia efficatiam mouendi habet color a luce, & q̄to magis mouetur a luce, tanto plus mouet. Colores autem debiliores ſunt in fortioribus ſicut incompletum in ipſo completo. Et ideo ſecundum complexionem lucis eſt gradus completi coloris in mouendo. in collo tamen columbæ aſr quidam eſſe exiſtimant utputa diuerſos ſecundum ueritatem ibi colores eſſe. diuerſaſq; ſuperficies ex diuerſarum pennularū partibus, radiantes. Concl. .XIII.




COmphēſio rei uiſæ a uiſu ſequitur proportionabiliter diſpoſitionem lucis orientis ſuper rem uiſam, medium, ac uiſum.

¶Hec ſequitur ex premiſſis. ſi enim in fortiori luce color mouet fortius & in minori minus: ſimpliciter uidetur eſſe mouendi efficatia ab ipſa luce. & idem itelligo a parte oculi in aprehendendo: & a parte medii in deferendo. De ratione enim cuiuſcunq; radiantis eſt, radiare ſecundum rectū inceſſum per medium uniforme. Concl. XIIII.

RAdius lucis primariæ ſimiliter & coloris ſemper in rectum porrigitur niſi diuerſitate medii incuruetur, ſe nihilominus actualiter diffundendo.


¶Lux autem dicitur primaria quæ radioſe pcedit a corpore luminoſo

autem secūdaria & accidentalis que est a latere extra radiorum inciden/tiam & que oblique per omnem partem medii se diffundit. Color au tem radiose multiplicatur sicut sensibiliter patet. quom radius solꝫ transit per fenestram uitream. tunc enim propter lucis efficatiam color sensibili ter radiat super densum sibi obiectum. Sed quando obuiat luci uel co lori corpus densum reflectitur, ut a speculo. quando uero obuiat magis uel minus diaphano recedit a rectitudine. & quasi frãgitur uel reflectitur in obliquum. Con. XV.



RAdius lucis uel coloris ad perpendicularem frangitur in oc cursu medii densioris super quod non est perpendicularis.

¶Hanc tñ licet in tertia parte huius perspectiuæ tractetur hic quoque du xi necessarium prelibare. Ratio autem generalis fractiõis est uarietas dia faneitatis. maior eñ diafaneitas minus resistit luci: quare quũ facilior sit transitus per unum medium q̃ per alterum, necessarium est ꝙ in secundo medio. s. magis distante a luminoso reperiatur gradus proportionalis primo in situ. s. similis resistentiæ. Transitus autem perpendicularis ingre diens uel egrediens fortissimus est. & transitus non perpendicularis tanto debilior quanto a perpendiculari remouetur. & tãto fortior quanto pro pinquior. Quãdo igitur occurrit medium densius & magis resistens. necessarius est radio, fortior situs: & directo propinquior: unde ut transi tus per mediũ secũdũ ꝓportionetur transitui per primum. radius decli/ nat ad ꝑpendicularem. erigibilem a puncto casus sui super mediũ secũdũ. unde patet ꝙ perpendicularis situs fortior est. non tamen per egressum a corpore luminoso. ymo ꝑ casũ perpendicularem super medium. nec in/ telligendum est radiũ ad fortiorem situm declinare quasi per electionẽ. ymo transitu per medium primnm ad secundum proportionali. in se/ cundum. quod patet in figura. Radius autẽ lumiosi sup qd'cũq; mediũ ꝑ pẽdiculꝛr cadẽs omnio nõ frãgitur. qa eius fortitudo nullius diafani obie/ ctu hebetatur. aptius enim mouet oĩs radius recte q̃ oblique. Verbi gratia: a corpore luminoso per aerem super aquã cadit perpendiculariter. a. g. nec omnino frangitur: cadit oblique. a. c. qui procederet in. b. si esset me/ dium sibi simile frangitur uersus perpendicularẽ. d. f. & cadit in. e. XVi.




RAdius lucis uel coloris a perpendiculari se diuertit quom me dium subtilius occurrit.

¶Hec sequitur ex premissa: quia medium secũdum : minus resistit. minor ergo fortitudo conuenit radiis in ipsum a densiori cadentibus. unde fran gitur a perpendiculari. Et hec est ratio quare res in quibusdam mediis apparent maiores & in quibusdam minores ut infra patebit in tertia par/ te. Verbi gratia sit luminosũ. h. in aqua existens a quo cadit radius. h. k. recte, & . h. l. oblique: dico ꝙ non procedit in. o. nec frãgitur uersus per pendicularem p. l. sed ab illa cadens est. in. q. sicut patet in figura. XVII.

IN omni puncto medii quo est a luminoso remotior, eo in ip so excipitur radius multiplitior.


¶Hec cõclusio probatur quia punctus quanto plus distat a sole tanto in eũ descendit lumen a maiori arcu seu portione solis. Et econtrario quo pro pinquior est soli: eius lumen descendit a minori arcu. ergo in puncto re/ motiori est lumẽ multiplicius: & distantia debilius: quod demõstratur sic. Accipiantur in corpore sphęrico luminoso cuius centrum sit. k. duo pun cta opposita. a. b. & diffundatur lumẽ a puncto. a. per hemisperiũ ut patet per sextam conclusionem supra. cuius hemisperii dyameter est linea. c. a. d. certum igitur est ꝙ a puncto. a. cadit lumen in puncto. d. & non in ali/ quem propinquiorem locum corpori luminoso. sicut patet ex. xii. con/ clusione tertii. linea enim c. a. d. est contingens: quia inter eam & spherã nullam cadit media. sicut patet ex tertio geometriæ euclidis. Amplius



si sumatur punctus super.a.in corpore luminoso scilicet.e.radians per spacium obiectum,& terminus radiationis sit linea contingens.f.e.g.certum est q in linea.k.g.punctus primus ad quem peruenit lumē a puncto e.est g.& in nullū propinquiorem sicut a puncto.a.in punctum.d.sed in puncto.g.uenit radius a puncto.a.& ab omni puncto luminosi mittente radium suum in punctum propinquiorem,mittitur radius in punctum remotiorem & non econtra unde a toto arcu.~~e.b.a.o.~~cadit lumen in punctum.g.sed in.d.non uenit nisi ab arcu.a.b.lux igitur in puncto recepta tanto multiplicior est q̄to a luminoso remotior.Vnde homo existens in centro terræ plus uidet de sole q̄ si in sphera lunæ existeret.de spherico cui plus uī a lōge q̄ a ppe & quāto ppinqus tāto minus de eo uī. XVIII.


IN pūcto propīquiori fortior ē lux unius quam in remotiori.

CMultiplicitas enim luminis in puncto remotiori est ex confluentia radiorum oblique cadentium & per cōsequens debilium.lux autem in puncto ppinquiori fortitudinem habet ex maiori coniunctione cum suo fonte:qui maior est. XIX



Pyramides breuiores quia breuiores partim esse longioribus ab eadem basi procedentibus fortiores;partim debiliores.

CPyramides breuiores ab eadem basi procedentes.partim dicuntur esse fortiores lōgioribus. partim uero debiliores : breuiores siquidem:quia breuiores:esse obtusiores necesse est:sicut patet ex primo euclidis.sed in obtusioribus radii ad conos se intersecant ad obtusiorem angulum:& q̄to angulus conalis est obtusior tanto magis eius latera lateribus pyramidis icisæ mutuo appropiquant. Verbi gratia sit pyramis obtusa.a.b.c.& ptrahatur.a.c.in.d.& b.c.in.e.igitur cum angulus.a.c.b.sit equal' angulo: e.c.d.quia cōtra positus est p.xv.primis euclidis necesse est tāto reliquos duos esse minores quanto hii duo sunt maiores:& quanto etiam sūt maiores tanto sibi sunt collaterales radii propinquiores:ut.c.d.tāto propinquior est radio.b.c.& e cōuerso quāto maior est angulus.d.c.e. Est aūt luci pprietas ut quanto propinquior alteri:tanto sit fortior.utraq3.igitur secundum hoc fortiores sunt pyramides breuiores naturaliter non solum est cā in.xviii.cōclusione assignata. sed qa i pyramide longiori lux ad conum est adunata magis q̄ in breuiori:& p hoc excedit breuiorem.simpliciter tamen fortiores sunt breuiores,unde naturaliter montes calidiores sunt quam ualles:quanuis per accidens infrigidentur inquantum medio intersticio apropinquant. XX.




CViuslibet pyramidis radiosæ omnes radios in indiuisibili concurrere.

CSi enim conus pyramidis habet latitudinem: ego diuidam per tres partes quarum prima sit.a.b.secunda.b.c:tertia.c.d.ergo radius cuius terminus est.a.b.non concurrit tunc cū radio cuius terminus est.c.d.quod falsum est quia lineas concurrentes necesse est sine medio esse atque huiusmodi radiorum cōcursum ultimū fieri in puncto mathematico. XXI.

A Luminoso concauo lumen efficatius recipitur in centro.


CCuius ratio est quoniam ab omni cōcaui puncto perpēdiculares radii q sunt cæteris fortiores ɔfluūt in centrū unde uirtutes corporū celestium i centro & iuxta ipsū efficatius oriūturillicq; cōforior dicitur habitatio hoīs ubi eius cōplexio propinquat summæ eorum simplicitati. XXII.



OMne luminosum sphericum illuminat spheram minorem. similiter & cylindrum plus quam dimidium.

CSi eni maior est diameter lumiuosi q̄ sit diameter opaci:radii cadentes super extrema diametri opaci non oriuntur a terminis diametri luminosi,k.g.hoc.n.si facerent eque distātes essent lineæ lateris diametrorum tā in corpore luminoso q̄ opaco/& utrobiq; rectos angulos facerent cū dya

metro: & per consequens essent equales diametri corporum inequalium q̄ est impossibile. oriuntur ergo ab aliquo arcu minori q̄ sit hemispherium uerbi gratia ab.a.b. quum ergo a punctis omnibus inter .k. & .a. lumē diffundatur per opacum: si ab .a. pūcto peruenit in .c. necesse .a. ab oī puncto superiori peruenire ultra .c, & per consequens quanto opacū est propinquius luminoso: tanto latius lumen diffunditur: quod demonstratur sic. ut supra ex .iiii. a superficie luminosi porrigentur pyramides in omnem partem medii obiecti. Quum igitur minus sit opacum lumioso: & per cōsequens inter pyramides luminosas cōclusibile: necessario illustratur plus medietate. Si eni pyramis latera sua extremis diametri .c. d. applicaret sequerentur duo inconuenientia: utrinq; enim angulos rectos constitueret sicut patet per .xv. tertii euclidis: & per consequens essent equales diametri corporum inequalium. scilicet luminosi & corporis opaci quod est contra ypotesim: & trigonus .c. d. z. plus q̄ duos rectos contineret & ex hoc patet q̄ sol illuminat plus q̄ medietatē lunæ. Concl. XXIII.




VMbrosi minoris luminoso minorem umbram, sicut æqualis æqualem, & maioris esse maiorem.

¶ Hec patet ex premissa quoniam si luminosum maius est q̄ umbrosum illuminat plus q̄ medietatem: si equale medietatem precise: si minus: minus medietate: & loquor de umbris proiectis in plano: & quantum ad latitudinem umbre. XXIIII.

VMbrosum sphæricum luminoso minus, umbram proicere pyramidalem, æquale columnalem, maius curtam & euersam pyramidem infinitam.


¶ Ratio huius propositionis sumitur ex præhabitis quoniam ex .xxii. patet q̄ umbrosum luminoso minus: ut terra sole: illuminatur plus q̄ in medietate: radii autem a luminoso cadentes in umbrosū: æque distantes esse non possunt. tangunt enim circulum non in extremis diametri sed in extremis chordæ alicuius minoris chorda semicirculi. Rectiq; āguli nō erūt in contactu: sicut patet ex .xv. iii. euclidis Quū radii a maiori magnitudine descendant necesse est illos angulos esse miores quos ↄstituūt radii ex parte chordæ predictæ a luminoso remotiori: cōcurunt enim necessario ad partes illas ut docet quarta propositio euclidis. Quod si equalia sibi sint umbrosum & luminosum radii cadent necessario in extrema diametri umbrosi: & per consequens æque distantes erunt nunquam concurrentes. etiam si in infinitum producātur. Si autē maius fuerit umbrosum necesse est umbram esse contrariæ dispositionis cū prima istarum triū quare euersa erit: & curtæ pyramidis infinitæ secundum longitudinem quam figuram calatoides appellant: dico tamē luminosum & umbrosū esse super eodem plano. XXV.



VMbram esse lumen diminutum.

¶ Sicut patet ex quarta quāuis opacum impediat transitum lucis directum & principalem non tamen secundarium qui circunferentialiter se diffūdit. In hoc autem differt umbra a tenebra qa umbra ē lux diminuta: ubi est priuatio lucis primariæ & deriuatio secūdariæ. Tenebra uero est ubi nihil est luminis: nescio enī si aliquod corporum mūdanorū p̄t omnino lucis transitum īpedire: quum nullū penitus natura perspicui sit priuatum. & adminus circunfulgentiam impedire non potest lucis secundariæ. Conc. XXVI.





QVanto sol est propinquior lunæ tanto eam magis illuminat intensiue & extensiue

¶Quod itẽsiue patet ex.xviii.quod extensiue,pbatur:quoniã ex.xxii.propositione patet q̃ includitur pyramidibus radiosis a sole proiectis.Et quãto soli est propinquior tanto breuiori pyramide circuncingitur,imaginemur ergo aliquam pyramidem longiorem cuius latera tangant lunam in punctis.n.o.qui sunt termini arcus.n.o.Amplius latera pyramidis breuioris tangere nõ possunt extrema arcus.n.o. Si enim facerẽt,quum sint ab eadem basi:pyramides essent equales nec possunt tangere extrema arcus maioris q̃.n.o. uerbi gratia.p.q. quoniam sic breuiorem pyramidẽ cõstituere non possent nisi utriusq; latera lõgioris pyramidis secarẽt quod est impossibile cum ab eisdem terminis utraq; pcedat.Tales etiam lineas impossibile est concurrere.Respõdetur dubio posse fieri quod talis pars lunæ soli propinquior.nõ uideatur nobis magis illuminata.igitur ppositio fl'a:dico q̃ consequentia non ualet,latẽt enim sunt ps illuminata.superior enim est sic ut uideatur portio eius modica donec a sole paulatim elongetur. Conclu. XXVII.



¶De qualitate & dispositione sensus uisus. Cap. II.

OMne corpus uisibile radios habere.


¶Radius.n.nihil aliud est nisi spẽi rei uisibilis.in directũ fcã porrectio. Corpa tamẽ luminosa dicũtur principal'r radiare q̃a radiis cetera illustrant: et sol precipue cuius radii sensibiles sunt. XXVIII.

VIsionem fieri per lineas radiosas recte super oculũ inītentes.

¶Quod patet qm̃ nisi species rei uisibilis distincte sigillaret oculum,oculus partes rei,distincte nõ apprehẽderet, nec posset esse distinctio partialium specierum partes rei representantium,nisi per lineas rectas:aliter eni inuicẽ cõfunderentur,radii lucis,pter intersectionem ipsorũ,& rẽ confuse oculo presentarẽt.Amplius abscisis lineis rectis inter uisibile & uisũ uisio cessat:ergo oppositũ oppositi est causa. Concl. XXVIIII.

OCulus quantitati capiendæ nõ sufficeret rotundus non esset.

¶Ad multa cicius capienda est oculo attributa rotunditas propter facilitatem motus reuolutionis.Nam si pars illa per quam immutatur nõ esset sphærica non uideretur unico aspectu nisi sibi equale:quod patet:quoniã uisio est per lineas rectas super uisum orientes perpendiculariter quarum concursus est in centro oculi ut docetur infra .Si enim esset supficiei planæ:non uenirent super eum perpendiculares nisi a superficie sibi equali: uerbi gratia sit p possibile:oculi superficies plana.a.b.res uisa.c.d.a puncto b.ducatur perpendicularis super.d.iterum a puncto.a.extrahatur alia perpendicularis quæ cadat in.c,quum ergo a b.&.c.d.sint æque distãtes:hoc supponatur:quia inde inconueniens non sequitur:erit linea.a.c.perpendiculariter extracta per ypotesi æqualis lineæ.b.d.quare linea.a.b.erit equalis lineæ.c.d.ut patet ex.xxxiii.&.xxxiiii.primi euclidis:& ita res uisa uisus latitudinẽ nõ poterit excedere:quare expedit ut oculus nõ sit figuræ planæ sed sphericæ:in cuius centrũ possint radii prependiculariter cadere a longe maiori longitudine Amplius capacitati maiori conuenit rotunditas: quoniam figura sphærica capacissima est,isoperimetrorum.i.figurarum æqualiter dimensionabilium. XXX.



COrpora diuersarum rationum necessario requiruntur ad oculum constituendum.


¶Hoc patet quoniam ista pars in qua uiget uis uisiua est tenera & passibilis multum:quoniam aquea est & tenerrimæ compositionis: aliter non congrueret subtilitati spirituum uisibilium a cerebro uenietium,Aliter eti

am species sub esse suo in materiali & depurato minime reciperet: nec percipi potest tactus earum nisi in tenerrimo & subtilissimo corpore: hic autem humor faciliter corrumperetur nisi aliis fortioribus circundaretur.



Hinc dispositio talis ē oculi ut sit eius tunica exterior quæ dicitur cōsolidatiua: fortis & pinguis ad retinendum oculum totum in dispōe sua. intra quam est tunica que dr̄ cornea quia cornu similis est: que fortis est: quia aeri exponitur: & est diaphana ut sit spēbus peruia. Intra istā est tunica que dr̄ uuea: quo est nigra ad uuæ similitudinem: ut obscuretur in ea humor quo uiget uisus q̄ hūor nisi aliq̄ntulū obscuraretur spēs ī eo ñ possēt apparere. & hec tunica ē fortis ne resudet ī ea hūor cōtētus: & hēt ī anteriori parte sua foramen circulare ut transeant in eam species: cuius foraminis diameter est circiter quanētitat lateris quadrati intra sphæram uenam descriptibilis, Intra istam tunicam est humor albugineus similis albulgini oui diaphanus: ut per eum species ferātur libere: & talis humor est humidus qui humectat humorem glacialem, ne tela eum circundans siccitate corrumpatur. Intimus humorum est humor glacialis glaciei similis, humidus: ut sit a luce passibilis non solū perspicuitate sed etiam ratione modi substantiæ & est subtilis ut faciliter moueatur: & est aliquantulum spissus, ut pecies in eo figi possint: aliter enim euanescerent, Et hic humor diuiditur in duas partes: habet.n. anteriorem partem maioris sphæræ portionem: & toti oculo concentricam & equidistantem anteriori parti uisus. habet etiam partem posteriorem quæ uitrea dicitur quæ est subtilior anteriori parte. & hæ duæ circundantur quadam tela subtili quæ aranea appellatur similis telæ araneæ cuius officium est illum humorem fluidum continere & ita secundum istum philosophum oculus habet tres humores & quattuor tunicas, Alii autem qui anatomiā diligentius perspiciunt: ponunt sicut ponitur in libro de elementis. q̄ uuea habet ortum a pia matre, sicut cornea a dura matre: quæ sunt duæ telæ cerebrum circundantes: & subiungitur q̄ oculus constat ex tribus humoribus & septem tunicis. Quarum prima est coniunctiua siue consolidatiua. corneam etiam diuidunt in duas partes: anteriorem uocant corneam. Interiorem uero sclerōticam appellant. Similiter etiam uueam diuidūt: cuius anterior pars uuea dicitur. posterior autem secūdina. sicr aranea diuiditur. cuius anterior pars dicitur aranea; posterior retina. sic tamen diuidere non est cura huic philosophiæ: quæ solum considerat ea quæ ad ecentricitatem uel concentricitatem, fractionem uel directionem pertinent. XXXI.






Aliqua corporum oculum constituentium a sphæræ necesse est deficere complemento.


¶ Verbi gratia consolidatiua pinguedo. s. alba quæ circuudat oculum si totum circundaret: oculus nihil uideret: quia ipsa diafaneitate caret, similiter uuea habet foramen in anteriori parte, & similiter glacialis deficit a rotunditate. XXXII.

Oculorum dualitatem necesse est reduci ad unitatem.

¶ Duo sūt oculi ex benignitate creatoris: ut si uni accidat lesio alter remaneat. Origo autem eorum hec est; quoniam ab anteriori parte cerebri oriuntur duo nerui concaui directe ad anteriorem partem faciei: qui primo coniunguntur: & fiunt unus neruus: & inde ramificātur in duos neruos ad duo foramia concaua sub fronte: in quibus dilatātur: & creatio oculorum fit super ipsorum neruorum extremitate. Species ergo uisibilium per utrunq̄ foramen recipiuntur: q̄ si istæ species non unirentur. res una duæ apparerēt: sicut ē patet: si digito supposito ipsi oculo: oculus unus a suo situ eleuetur. res una: duæ uidentur: quoniam species per duos oculos receptæ in cōmuni neruo nō coniunguntur: necesse ergo est in cōmuni neruo species uniri: quod est propositum. XXXIII.







SPhærarum oculum constituentium necesse est aliquas esse mutuo ecentricas.

¶Hoc patet: quoniam quũ species rei uisibilis pyramidaliter supra oculum oriantur: quarum conus pyramidis est imaginabilis ĩ centro oculi: si nulla diaphaneitatis esset diuersitas: radii in centro illo concurrentes ulterius procedentes se in centro secarent: & dextra appareret sinistra: & sinistra dextra, q̃ ꝓpter machinata est natura ut anterior glacialis idẽ centrũ haberet cũ cornea & cũ humore albugineo: ne species ꝑ ipsas transeuntes frangerentur: antequam peruenissent ad uim sensitiuam: quæ ẽt in glaciali uiget humore. Deinde occurrente sibi interiori glaciali: quæ est eis ecẽtrica siue humore uitreo qui subtilior est q̃ anterior glacialis: disgregãtur radii & franguntur a perpendiculari: & hĩc per uiam spirituum deferuntur species usq; ad locum iuditii interioris. s. ad neruorũ cõcursũ, XXXIIII.

OMnium tunicarum & humorum centra continet una linea.

¶Hec probatur per effectum: quoniam non aliter posset lux tunicas omnes & humores naturaliter siue regulariter introire: nec aliquis radius alicubi posset non fractus remanere: & per consequens non posset esse certitudo per deportationem oculi super uisibile ab extremo ad extremum quod falsum est XXXV:

OMnium radiorum orientium super uisum, unum solum necesse est transire non fractum.

¶Cuius ratio est quoniam super sphæras ecentricas impossibile est plures una linea esse perpendiculares: pyramis ergo radiosa sub qua res uidetur tota frangitur in ingressum interioris glacialis: excepta illa linea: quæ transit per omnia centra, quæ axis apellatur. XXXVI.

VIsum uigere in glaciali humore.

¶Hoc experimentis docetur: quoniam si alicui tunicæ uel humori lesio fiat: glaciali saluo: recipit curam per medicinam: & sanatur ac restituitur uisus. Ipsa uero corrupta corrũpitur uisus irrecuperabiliter. XXXVII

VIsionem fieri per hoc quod in glaciali est ordinatio speciei, sicut exterius rei.

¶Huius ꝑossibilitas patet: non obstante paruitate glacialis: quoniam tot sunt partes minimæ: quot sunt maximæ quantitatis siue magnitudinis. Species autem sine materia recipiuntur: ergo quantumcunq; sit uisibile quod uidetur: species eius distincte & ordinate recipiuntur in glaciali humore: quod nisi fieret: oculus rem distincte non uideret. Si enim species duarum partium rei uisibilis in eadem parte glacialis recipiantur: partes rei distinctæ non cognoscerentur propter confusionem formarum mouentium oculum in eadem parte. XXXVIII.


REi uisibilis comprehensio fit per pyramidem radiosã. Apprehensionis autem certitudo fit per axem supra uisibile transportatam.

¶Pyramis enim radiosa a uisibili, oculo impressa, rẽ oculo representat: sed uisibilis certitudo fit per rotationem oculi super rem: quæ basis est pyramidis: licet enim tota pyramis sit perpendicularis super cẽtrum oculi. idest anterioris glacialis: non tamen supra totum oculum: unde sola illa perpendicularis quæ axi sdicitur: quæ non frangitur: rem efficaciter representat & alii radii quanto sunt ei propinquiores tanto sunt potentiores & fortiores in representando, Ad hoc igitur oculus rotatur ut res quæ sub pyramide representatur simul oculo per hanc perpendicularem successiue orientem perspicacius discernatur. De hac certi

tudine dicit autor de uisu q nullum uisibile simul totum uidetur. sed per immutationem pyramidis. Dicunt communiter loquentes: q omne uisibile quod uidetur: uidetur sub angulo i. forma triágulari. XXXVIIII.

NOn sub quocunque angulo rem uideri.


¶Nõ ẽ uisio sub angulo acutissimo .i. angulo contingentiæ quia iste angulus ut probat euclides .iii elementorum est indiuisibilis. Angulus autem sub quo aliquid uidetur est diuisibilis: & diuiditur per axem.



Amplius determinata ẽ anguli magnitudo sub quo pōt est uisio: quia diameter foraminis Vueæ sicut docet anatomia: est quasi latus quadrati quod describitur itra spherá uueá: ergo si ab extremis huius foraminis lineæ ad centrum ducantur: constituent super eum angulum rectum: hoc patet qm̄ ab angulis quadrati lineæ rectæ secant se orthogonaliter: igitur si i cétro uueæ eét uisio: uideretur sub águlo recto præcise: si diameter foraminis esset latus quadrati præcise: Nunc autem centrum oculi quod est anterioris glatialis interius est: q̃ centrum Vueæ: quia uuea minor est q̃ cornea: & secat corneam. quia foramen eius corneæ applicatur: ergo maximus angulus sub quo uisio radiosa: est breuior recto: nisi foramen uueæ sit paulo maius quantitate predicta: ne loquor hic de uisione per radios extra pyramidẽ radiosá sup oculũ oriẽtes de q bus ifra uidebitur. XL.

VIsionem fieri sub curta pyramide uisui proportionata & angulo inchoato.

¶Hec ex predictis patet quoniam radii pyramidis omnes, excepto uno occurentes interiori glaciali franguntur, ut dictum est, a ppenpiculari, nec ulterius in conũ constringuntur: quáuis igitur radii ad angulum inclinentur non tamen angulariter applicantur:: nisi imaginatiue tantum imo quum peruenit species ad humorem uitreum .i. interiorem glacialem: procedit secundũ legẽ spirituũ magisq̃ secũdũ legem diaphaneitatis. incuruatur eni secundũ uiá spirituũ usque ad neruũ. XXII.



DEclinatio radiorũ angulariũ iuuat ad cõpræhẽsionẽ q̃titatis.

¶Patet quoniam per dispositionem speciei inglaciali hẽtur cognitio rei. Et quoniam quanto radii ad acutiorem angulum declinát, i tanto species amplius adunantur & constringuntur, necesse per consequẽs est nisi aliqd aliud impediat: ut rei quantitas ex hoc: minor uideatur in oculo. sed hoc ad cognitionẽ quantitatis nõ sufficit: ut ifra patebit demõstrãdo. XLII.

PEr radios qui oblique super oculum oriuntur uisio uigoratur & ampliatnr,

¶Vigoratur inquam quoniam licet per solos radios perpendiculariter cadẽtes certa & distincta fiat uisio, principaliter, tamen certum est q licet quilibet punctus in uisibili signatus uideatur per radium suum, oculum perpendiculariter tangentem: nihilominus: ut patet ex predictis: non occupat totam pupillam: Dñatur autem motus ppẽdicularis & iste oblique incidens coopatur: Amplius extra pyramidem radiosam aliqua uidétur cuius pyramidis angulus breuioris latitudinis est q̃ se hẽant res: quæ uno aspectu uideri possunt: radii ergo istorum super oculos uenientes aliquo modo tangunt & mouent oculum per radios in ingressu oculi fractos: & ad cẽtrũ declinátes ut talia debiliter ab oculo aduertantur. illa aũt quæ sũt oculo faciliter obiecta: efficacius p̃sentantur & tam recte q̃ flexe aprehenduntur. quare autẽ punctus representatus in alio loco appareat: i tractatu de radiis fractis tangetur in tertia parte. XLIII.

OPerationem uisibilis in uisum esse dolorosam.

¶Hoc probatur qm̄ operatio uisibilis in uisum est unius generis Quum ergo operatio uehementium luminum in oculos sit lesiua sensibiliter ac dolorosa, sequitur omnes operationes luminum esse tales: q̃uis

nõ perpendatur.& hoc est argumentum philosophi capitulo de qualitate uisus:& necessario sequi uidetur.quoniam nullum est uisibile tantum oculo delectabile.quin continua inspectione ipsum afficiat fatigatione. cuius fatigationis causa . uidetur esse precedens inspectio . Hoc quidem sapit iste philosophus: q̃uis alii philosophi dicant naturalia tractantes: ꝙ sensibile est perfectio sensus:in actu ergo sentiendi non est aliquid tristitiã inducẽs.nisi sit immoderatum . nec uidetur cogere ratio.si excellens sensibile inducit dolorem : ergo & mediocre : motus enim uehemens grauat.motus uero mediocris delectat & iuuat : restringitur igitur quod hic dicitur ad uisiõis cuiuscunq; prolongationem:& non ad quamcunq; breuem inspectionem:siue intuitionem. XLIIII.

MAthematicos ponentes uisũ fieri per radios ab oculo micantes frustra conari.

Visus enim sufficienter fit per modum pr̃scriptum:per quem seruari possunt omnia quæ sunt circa uisum apparentia.ergo superfluum est ponere sic radios & cetera. hoc dico autoris perspectiuæ uestigia sequendo q̃q̃ aliud doceat alchĩdus de aspectibus:ꝙ plonici etiam senserunt.aliud philosophi sapere uidentur in multis locis;aliter augustinus qui ĩnuere uidetur ꝙ uirtus animæ aliquid in lumine oculi operetur aliter q̃ adhuc inuestigatum sit. XLV.

RAdios quoscunque ab oculo micãtes , & orientes super uisibile ad uisionem impossibile est sufficere,

Quod si ponantur radii ab oculo exire super rem uisibilem quasi contingendam:aut redeunt ad oculum:aut non:si non redeunt : uisio per eos ñ fit:quum anima a corpore non exeat, si redeunt qualiter? nunquid aĩati sunt, nunquid omnia uisibilia specula sunt reflectendo radios:Amplius si redeunt cum forma rei uisibilis ad oculum.sic frustra exeunt.quoniam lux ipsa uel forma sed species uisibilis uirtute lucis in totum medium se diffundit.ergo non est necesse ut ipsa radiis quasi nuntiis utatur: Amplius quomodo aliqua uirtus oculi usque ad sidera protẽderetur:etiam si totũ corpus in spiritum uel speciem resolueretur, XLVI.

LVmen oculi naturali radiositate sua uisui conferre,

Oculus enim ut dicit Aristoteles non solum patitur sed etiam agit: quemadmodum splendida corpora: lumen ergo naturale necessarium est oculo ad alterandas species uisibiles:& efficiendum proportionatas uirtuti uisiuæ:quoniam ex luce solari diffunduntur: sed ex lumine oculi cõnaturali oculo contemperantur.hinc dixit aristoteles ꝙ quum motus lucis ad exterius fortis est:disproportiõalis,& nõ bona fit uisio quantũcunq; motus ad interius fortis etiam sit,sicut patet in radio solis , qui obruit uisum,nec patitur se proportionari uisui:Sic igitur patet ꝙ aliquo modo fit emissio radiorum.sed nõ modo plonico ut radii ab oculo emissi quasi in forma uisibiliter immergantur,& intincti reuertantur oculo núciantes ,aliquid tamen operantur radii in uisum p̃dicto modo quod etiam patet quoniam uisus est in omnibus animalibus eiusdem rationis,quum ergo quedam animalia per uisum oculorum suorum sufficiant coloribus uirtutem multiplicatiuam dare,ut ab eis nocte uideri possint , sequitur ut lumen oculi aliquid operetur in uisum.sed an aliquid ulterius faciat,non diffinio,huius auctoris,ut dictum est,sequendo uestigia. XLVII.

VIsum nihil comprehendere,nisi proportionali distantia presentatum.

Distantia siquidem uel remotio uisibilis requiritur ad uisionem .si enim res uisibilis oculo supponatur:lux super ea non p̃funditur.& p consequẽs non potest mouere uisum,ꝙ si ipsum uisum sit luminosum:dico ut i.xlvi sectum est quoniam uisibile per lumen oculo contemperatum fit & pro-

portionatum. Vnde quidam senes melius uident in maiori distantia q̃ in minori. quoniam lumen oculorum suorum quod est intrinsecus multũ sed non clarum in disgrediendo serenatur: & serenatum spẽi rei uisibilis superfunditur ut efficatius moueat, alii autem sunt q hñt lumen modicũ & serenum & illi a proximo uidẽt. Alii autem multum & clarum, & illa remotiori uident. Super oẽs autem alios illi qui oculos profundos hñt ceteris pibus a remotiori uidẽt, quia radii lumiares ab oc̃lo micantes nõ ita disperguntur sicut ab oculis eminẽtibus. ꝙ si adiũcti siue adũati fuerit fortius sup uisibile porrigũtur. Cõ. XLVIII.

Sola uideri recte, facilite r obiecta.

Hoc patet ex predictis, uisus enim fit principaliter per pyramidẽ radiosam a basi opposita super uisum perpendicul'r orientem, fit etiam uisus per radios extra pyramidem super oculum oblique oriẽtes sed sup oculum oriri non possunt, qui in superficie oculi non cadunt, sed ad uerso eius oculo se repñtant, & dico uideri recte, quoniam reflexiue in speculis aliqua aliter uidentur, ut infra uidebitur. XLIX.

Sine luce nihil uideri

Hoc probatur, color enim sine luce non potest efficaciter radiare quoniam primum i omni genere ẽ causa omnium posteriorum. prima autem radiositas est lucis, & ideo omnis alia ab ipsa causatur. Color ergo efficaciter radiare non potest, nisi luci admixtus. L.

Nihil uideri, nisi proportionaliter quantum.

Cuius ratio ẽ quoniam ut supra patet, uisus fit p pyramidẽ radiosã cuius basis ẽ res uisa, ergo necesse est quod uidetur esse quantũ & esse pro portionabiliter q̃tum, non ergo diminutũ, quia tale nõ sufficeret oc'lm dolorose & efficaciter iprimere ut dicit. xliii. ꝓpositio, & corpus excedẽ tis magnitudis uno aspectu uideri nõ põt: ut patet ex. xxxviiii. LI.

Visum non fieri nisi per medium diaphanum.

Cuius ratio est: quia species non multiplicantur nisi per diaphana corpora, quorum subtilitas congruit formis multiplicandis, sine materia & sine materialibus conditionibus. ut po'e est. oculo imprimantur. quia quum omne corpus sit susceptiuum influentiæ corporis celestis. certum est: nullum corpus oĩ carere perspicuitate. quum sit coĩs corpori superce/lesti & inferiori. hinc est ꝙ nulla densitas prohibet omnĩo transitum uir tutum & specierum: q̃uis nos lateat: hinc lynces dicuntur uidere per medi um parietem, LII.

Omne uisibile necesse est medium in densitate transcendere.

Cuius ratio est quia nihil potest esse coloratum uel luminosum ni si dẽsum. Amplius nec glacialem mouere potest: si uisibile eam in perspi cuitate excederet. Amplius sine luce nihil uidetur: ꝙ si illud qđ uidetur p spicuum esset ut aer. in eo fingi non posset lux: sine cuius mixtione nulla species potest radiare: Siue uideri: ut patet ex xlviiii. mouent. n. simul lux & color. LIII,

Omnia quæ uidentur tempore comprehendi.

Immutatio enim uisibilis: sensibilis non fit nisi in tpe: sicut docent illusiones sensuũ in ueloci quorumdã transportatione. Amplius discreti/onem aut diuisionẽ rei non nisi in tp̃e fieri. patet quia in corpore ueloci/ter circunacto: pũctus uidetur esse circulus. Amplius celũ uelocissime mo uetur nec tamẽ percipitur nisi in tẽpore perceptibili. Amplius q̃uis secun/dum quosdam immutatio possit fieri instantanea (hoc tamen ab ista philosophia est extraneum. ut infra in circulo demõstrabitur) Certitudo tñ de uisibili nõ fit nisi in tpe. trãsportatione axis radial' siue pyramidis sup rem uisam: ut patet ex. xxxviii. propositione suprapposita. LIIII.

Visionem non lucide fieri, sine congrua sanitate oculi,

¶Iccirco dicitur ꝙ error uisus aliquando est a causa exteriori propter egressum a proportione in aliqua conditione ad uisum necessaria. ut distantia uel oppositione uel huiusmodi alia apprehensione. Aliquando ex causa interiori sicut oculi debilitate & paucitate spirituum uel inflatione oculi: ab extraneo humore uel alia lesione LV.

VArias & multas esse intentiones uisibiles, & quasdam primario quasdam secundario.

¶Siquidem sunt uigintiduæ intentiones uisu comprehensibiles, lux: color: distantia: situs: magnitudo: corporeitas: figura: motus: continuatio: discretio uel separatio: numerus: quies: asperitas: lenitas. diaphaneitas: similitudo: ũbra: obscuritas: pulcritudo: turpitudo: spissitudo: diuersitas. Hæ sũt principales intentiones: aliæ secundariæ quæ ab illis continentur sicut ordinatio sub situ collocatur: & scriptura siue sculptura sub ordinatione & figura: rectitudo & curuitas sub figura. Amplius multitudo & paucitas sub numero: æqualitas & augumentum sub similitudine & diuersitate. alacritas & risus & huiusmodi quæ comprehenduntur sub figura faciei. & sic de aliis multis: principaliter tamen mouent uisum lux & color suis speciebus oculum sigillantes. & ex consequenti alias prenominatas illas uisui representantes quæ sub eiusdem qualificantur & glorificantur. LVI.

NOn omnes intentiones uisibiles comprehẽdi sensu spoliato.

¶Dico sensum spoliatum solum sensum quidẽ. quia quedã apprehenduntur nõ solo sensu: sed coopãte uirtute distinctiua & argumentatiua quasi imperceptibiliter imixta: quedam etiam adminiculo scientiæ acquisitæ. uerbi gratia quum aprehenduntur duo indiuidua esse similia: & ipsa similitudo, neutra formarum comprӕhenditur solo sensu. sed collatione unius ad alterum: Similiter corporum differẽtia: & aliarum rerum. Amplius scriptura non comprehenditur solo sensu sed per distinctionem partium quam facit uis siue uirtus distbutiua, mediante uisiua. Similiter res assuetæ quum uidentur statim cognoscuntur non nisi in relatione speciei receptæ ad hitũ memoriæ: & hoc quasi p ratiocinium LXVII.

IN distinctione uisibilium rationem imperceptibiliter argumentari uel operari.

¶Nullum.n.uisibile cognoscitur sine distinctione intentionum uisibiliũ: uel sine collatione aut relatione rei receptæ ad hitum uel ad uniuersalia cognitorum prius a sensibilibus abstracta: quæ fieri non possũt absq; ratiocinio: sed tpre non indiget perceptibili uis discretiua in his coĩter aprehẽsis, quia arguit per aspectum ad sibi notissima, nec arguit per compoẽm & ordinationem propõnum. uis.n. distinctiua nata est arguere sine difficultate: quæ etiam aptitudine naturaliter exeritur. unde etiam in pueris apparet, qui magis pulcra minus pulcris solent preponere, non nisi naturali ratione: eorum facta comparatione. LVIII.

LVcem & colorem comprehendi sensu spoliato.

¶Per hoc.n: tãtũ apprӕhẽditur ꝙ ultimũ sentiẽs his tigitur. LVIIII.

INter lucem & colorem simul oculum mouentes solam discernere uirtutem distinctiuam,

¶Tangunt siquidem pupillam & mouent sensũ secundum eandem uap, tem ergo in sensu confuse recipiuntur, & ita per sensum distĩgui nequeunt. ergo non distinguntur nisi per experientiam de luce & colore hĩtam per scientaim eorum acquisitam. LX.

QVidditatem lucis & coloris, solo sensu minime comprehendi.

¶Quiditas coloris hic dicitur species coloris: quæ discernitur non nisi per rationem ad formas consuetas. Similiter & lucis quiditas an sit lux so

lis uel lunæ: uel ignis: scientia dignoscitur non ex sensu quũ tamen color inquantum color: & lux inquantum lux: sensu spoliato capiatur. LXI.

NVllam intentionem uisibilium, preter lucem & colorem solo sensu compræhendi.

ℭHoc patet quia sola quiditas coloris iter omnes drias immediatissima est colori: sicut quiditas lucis luci. Si.n. quiditas non solo sensu capiatur multo fortius nec aliæ quæcũq; intentiones uisibiles: sed per distinctionẽ siue distinctam argumentationem & scientiam: ex quo patet ꝙ solum lux & color: & nonquiditas lucis & coloris sunt propriũ obiectũ uisus. LXII.

COlorem in eo ꝙ color prius compræhendi sua quiditate.

ℭHoc expremissis patet quia color in eo ꝙ color per se facile capitur, quiditas aũt eius nõ nisi per scientiam & argumentationẽ: hoc etiam patet experimento. quia coloratum in luce subobscura positum coloratũ esse cernitur. & tamen coloris quiditas ignoratur: LXIII.

ℭDe uisus dispositione & æqualitate. Cap. III.

SOla distantia mediocris, uisui est certificabilis, & hoc per corpora interiacentia continuata & ordinata.



ℭDistantia siquidem inuisibil: uisu non compræhenditur, sed ratiocinatione colligitur: docente sic philosophia. Si.n. clausis palpebris res non uidetur quæ uidetur apertis: sequitur & consequenter colligitur ut illud quod uidetur non sit uisui adhærẽs: & hoc est in anima quietum sine necessitate argumentationis iterandæ in qualibet uisiõe. Dico ergo ꝙ compræhensio quantitatis distantiæ accipitur a quantitate corporum interiacentium. uerbigratia nubes in terra plana uidentur oculo: celo coniunctæ. in terra montuosa uidentur terræ propinquæ: quia alicubi montium altitudinem non excedunt. Certificatio igitur distantiæ nubium causatur a compræhensione corporis interiacentis: ꝙ si corpora interiacentia ordinata non sunt sed confusa: certificari poterit apræhensio quantitatis. Amplius si non sit distantia mediocris non pertinget uisus usq; ad plenam distinctionem corporum remotorum interiacentium: propter debilitatem speciei uisibilis ex distantia: sicut docetur supra propositione. xviii. LXIIII.



CErtificari quantitatem distantiæ per resolutionem interiacẽtis spacii ad magnitudinem mensuræ sensibiliter notæ.

ℭSi enim corpora interiacentia sunt secundum totum & partem inæqualiter incerta: nunq̃ ex ipsis certificabitur incerta distantia: ergo necesse est in ea aliquod certum inuenire. siue reperire cuius quantitatis noticia per experimentum sit nota ad quod totum spacium resoluatur: sicut ad pedẽ uel ad quantitatem corporis mensurantis uel ad aliquid quod sit notum imaginationi mẽsuratoris uel compræhensoris. LXV.

DIstãtiam orizontis maiorem apparere, q̃ alterius partis hemisperii cuiuscunque.




ℭHoc patet ex. lxiii. si. n. ex corporum distantia quãtitas dignoscitur: ubi maior magnitudo interiacere uidetur. necesse est ut etiam maior distantia uideatur, sed inter orizontem & uidentem interiacere uidetur maior latitudo q̃ inter uidentem & zenit: ergo incomparabiliter plus distare uł orizõ q̃ alia pars celi quecunq;. LXVI.

ORizontem apparere terræ coherentem

ℭCuius ratio est quia non comprehenditur aliquo modo spacium inter ultimam partem terræ uisibilem & ipsum celum. LXVII.


LOngitudinem radiorum a uisu compræhendi

ℭQuod patet expimẽto in speculis ubi creditur res esse in extremi



tate linearum radialium: quas totas extimat porrigi secundum cõtinuũ & directum & secũ dum illas iudicat esse uisibile contra partem quæ uisum mouet. unde species mouens oculum non solum ostendit oculo ipsum obiectum sed etiam medium radium: cuius ipsa species est extremum: in quo tamen radio figi non potest aspectus: quia totus ille radius similitudo est alterius. Ex hac tamen propõe radiorum egredientium fortissimum posset sumi argumentum. LXVIII.

Situm oppositiõis rei uisæ distinctione comprehendi.




Intentio siquidem situs tria includit oppositionem rei diametralem: & põnem respectu oculi secundum rectitudinem & obliquitatem: & ordinem partium rei ad inuicem. Primus ergo modus distinctione cognoscitur: res enim per hoc opposita faciliter esse comprehenditur: quia forma eius super uisum perpendiculariter erigitur: quod esse non posset: nisi opponeretur. Amplius quum opponitur uidetur: latet auté quum non opponitur. XVIIII.

Situm obliquitatis comprehendi ex comprehensione diuersitatis distantiæ extremorum rei uisibilis.

Quum enim certificatur distantia secundum quod docet. lxii. propositio: necesse est ut si extrema inæqualiter distare reperiantur: ꝙ tunc res oblique respiciens oculum iudicetur. LXX.

Certam situs differentiam ex ordine speciei in oculo comprehendi.



Sicut enĩ ex ordine speciei comprehéditur ordinatio rei distinctæ ut supra ex. xxxvii. sic & ordinatio partium cognoscitur. LXXI.


Figuram rei uisibilis ex duabus ultimis situs differentiis comprehendi.

Verbigratia ex maiori distantia medii q̃ extremorum comprehenditur concauitas & e conuerso conuexitas & omnes figuræ incisionis comprehéduntur ex cõprehensione ordinis partiũ rei uisibilis. LXXII.

Figuram rei uisibilis multum distantis, minime certificari.

Cuius ratio est quia nec distantia certificari potest. & ꝑ consequẽs nec situs nec figura.

Quãtitatem anguli sub quo res uidetur, minime sufficere quãtitati rei uisibilis capiendæ.



Quod patet si in circulo dicuntur diametri se se secantes orthogonaľr. Ponatur ꝙ una diameter sit fere directe obiecta oculo: reliqua uero non: & per consequens ualde oblique oculum respiciens sub longe minori angulo apparebit: sicut patet in figura: nec tanto minor quanto angulus suus est angulo alterius minor. sic enim nõ appareret circulus sed oblongæ figuræ globus. quod falsum est. Conclu. LXXIIII.

Comprehensioné quantitatis procedere ex comprehensione pyramidis radiosæ, ex basis cõpositione ad quantitatem anguli & longitudinem distantiæ.

Sola igitur cognitio quantitatis anguli non sufficit ad quantitatem discernendam: confert tamen ad hoc sicut patet ex. xl. propõne supra: angulus quidem comprehenditur ex dispositione formæ in oculo sed quia etiam ipsi radii ab oculo comprehenduntur. ut docuit. lxvii. propositio

non est certitudo noticiæ quantitatis nisi referēdo angulum æqualē cum inæquali lōgitudine radiorum ad basim inequalem: quia in anima quietum est lineas ab angulo procedentes tanto amplius ad inuicem distare: quanto remotius protenduntur: & per consequēs tanto maiorem basim continere. Quod autem uirtus apræhensiua quantitatis ad longitudinem distantiæ respiciat. nec solum ad angulum, patet experimento, quoniam si monoculus aliquem parietem magnum aspiciat, & quantitatem eius certificet, deinde oculo suo manum anteponat, ipsa manus uidebitur sub eodem angulo uel sub maiori q̄ paries uisus sit, nec tamen tanta ei apparebit, quantus paries apparet, quia minus distat. Concl. LXXV.

CErtificatio quantitatis fit completiue per motum axis.

¶ Appræhēsio per ipsum certior est, & ideo defertur axis per basim & super spacium & intra angulum sub quo res uidetur sicut apparere potest. ex xxxviii. Concl. LXXVI.

NVlla quantitas rei immoderate distantis, est oculo certificabilis.

¶ Re enim multum distante, axis qui suo motu certificat uisum in parte parua rei uisibili, translatus nullum facit angulum sensibilem in centro uisus, quoniam ut supra patet, res multum distātes sub acutioribus uidentur angulis. & ideo translatio axis intra acutum angulum modica, non est uisui perceptibilis, nec satis efficacis apræhēsionis, Amplius nec certificatur quantitas spacii interiacentis ut docet ꝓpositio. lxiii. Concl. LXXVII.

DIstinctionem uisibilium colligi ex distinctione radiantiū formarum.


¶ Quando enim species oculum mouentes sunt diuersæ. & res diuersas necesse est apparere, nisi distantia earum ab oculo diuersitatem abscōdat & per oppositum intellige quando aprehenditur continuitas que est nona intentio. & ex hoc intellige qualiter apræhendatur numerus qui est decima intentio. Conclu. LXXVIII.

MOtus appræhēditur diuersificatione situs rei motæ ad aliud in motum. uel ad uisum ipsum.

¶ Quam diu enim habet eundem situm ad aliud imotum & ipsum, mobile uidetur. Et quia uisus nihil uidet nisi sub forma prescripta, ideo percipitur motus quum apud centrum uisus in motu uariatur angulus declarationis sensibiliter. Concl. LXXIX.

OMne uisibile ad utrunque oculum in maiori parte consimiliter situari.


¶ Quod patet, quoniā qn̄ utroque oculo ispicitur utriusque pupilla ad rē dirigitur. & axes duorum oculorum in eodem pūcto rei uisæ figuntur q opponitur cētro utriusque. & uno moto alter consimiliter mouetur. Alii aūt radii singulorum oculorum habent in maiori parte situm consimilē respectu axium & ideo res apparet i maiori parte una & eodem modo disposita utrique oculo quoniam sicut supra patet. certitudo rei uisibilis est per axes. Concl. LXXX.





EX uariato sensibiliter situ uisibilis respectu duorum axium ipsum duo apparere.

¶ Si enim uisibile ad unum axem sit dextrum ad alium sinistrum sensibili diuersitate apparet unū duo. Verbi gratia si figantur axes duorum ocu









lorum.f.g.in punctis.h.k.diligenti intuitione apparebit.k.duo similiter &.h.quia utrūque est uni axi dextrum & alteri sinistrum. Amplius si ex eadem parte respiciant axes sed ex magna declinatione ad partem unam sit sensibilis uariatio anguli quē constituit radius(sub quo uidetur res tantæ declinationis)cum utroque axe: apparet similiter unum duo, uerbi gratia.m.punctus ex eadem parte respicit utrunq; axem.a.c.&.b.d.tamē propter magnam uarietatē anguli.m.a.c. &.m.b.d.fit diuersificatio situs in oculo & apparet unum duo, aliis etiam modis apparet unum duo sicut supra ostensum est. Conclu. LXXXI.

In apprehensione uisibilium iuxta sensum/scientiam & rationem uel syllogismum uariari.

CVerbi gratia in luce & colore q sensu comprændenduntur erratur ex distantia.multi.n.colores inuniti ex distantia uidentur unus color:similiter & in luce debili unus color uidetur alius esse.q si dixeris sensum non decipi circa proprium obiectum.Scito proprium obiectum esse colorem tantum & lucem. nō autem aliquam speciem lucis & coloris que solo sensu minime capiuntur. ut supra uisum est.Similiter & secundum distantiam: ad scientiam & rationem accidit deceptio unde mota aliquando uidētur quiescentia & e conuerso. Conclu. .LXXXII

Stellas in orizonte maiores apparere quā in aliqua alia parte celi.

CHoc probatur quia patet ex.lxiii. quod magis distare uidentur quando sunt in orizonte,& quia ex æquali angulo ad maiorē distantiam relato: res maior esse iudicatur. ut patet ex lxxiii. quum in orizonte sub eodem angulo representetur oculo sub quo alibi in celo.& sub maiori spatio uideatur presentari,concluditur in orizonte rem apparere maiorem. tamen secundum ueritatem si distantia esset maior angulus esset minor. & res uideretur esse minor non autem sic est:ideo angulus æqualis,ad apparēs maius spatium relatus rem indicat esse maiorem,ad hoc etiam est interpositio uaporum de qua tangetur infra. Conclu. LXXXIII.

Corpora sphærica in distantia apparere plana.

CQuum enim sphæricitas uel concauitas discerni non possit. nisi ex comphensa inequali distantia partium rei uisæ.necesse est in huiusmodi perceptione uisum deficere, immoderatione distantiæ sicut patet ex. lxxiii. si igitur nulla ps rei uisæ plus distare uideatur necesse est unius dispositionis apparere totam superficiem rei uisæ. Cócl. LXXXIIII.

Quadratas magnitudines in distantia apparere oblongas.

CCuius ratio est:quoniam excessus radiorum cadentium in latera quadrati oblique respicientia oculum .nō est proportionalis proportione sensibili ad radios cadentes in latus quadrati directe oculum respicientis.per comparationem ad totam distantiam, uisus qui non sufficit discernere obliquitatem lateris quod oblique uidetur:& sub lógioribus radiis & minori angulo:& ideo tale latus apparet minus, q si angulus quadrati recte opponatur uisui: apparebit quadratum rotundum, uisu obdistantiā non comprændente uel discernente angulum.

Explicit prima pars.

Io. Archiepiscopi Cantuariensis. Perspectiuæ pars Secunda.

¶De radiorū uisibilium reflexione & eorumdem effectibus. Cap. I.



Vces primarias, & secūdarias, puras, & coloribus immixtas a densorum corporum supficiebus reuerberari.

¶Hoc per experimentum patet in speculis ferreis & huiusmodi aliis. Amplius per reflexionem radiorū a superficie terræ calor intēsior est prope terram q̄ in medio aeris interstitio. et in uallibus ad quas densitas utriusque montis radios reflectit. cuius ratio est. quōiam radius lucis & coloris per diaphanum aptus natus est incedere. & occurrēte corpore denso: parum diaphano, uirtus radiationis & influētia radiosa nondum terminata, quū ī directū trāsire nō possit: in reflexionem ducitur: diffusionis compulsu. non solum occurrentibus corporibus opacis & terrestribus uerum etiam perspicuis minori genere perspicuitatis. cuiusmodi est aqua & uitrum. unde radius solis quo ad sui nobiliorem partem reflectitur ab aqua & cum hoc secūdum aliquid sui aquam ingreditur lustrās eā, unde aliqs in aqua existens uidere posset solem & lunam. II.

Reflexiones solas a regularibus superficiebus factas, oculo sentiri.

¶Dico superficies regulares illas quæ sunt dispositionis uniformis in omnibus partibus suis. uerbigratia planas: concauas: conuexas: & huiusmodi. Irregulares autem sunt superficies corporum asperorum in quas radius uel lux cadens dispergitur & distrahitur. ne regulariter oriri super oculum possit. A superficiebus autem regularibus eodem modo non reflectitur ordinate: quo in ipsis recipitur secundum pyramides radiosas & ideo quia uisus non fit sine pyramidibus radiosis: per tales & non alias superficies cōtingit speculari: sicut enim radii si essent in directū porrecti, ostēderēt oculo illud cuius sunt. sic & reflexi illud ostendūt: sed alio mō. essentiale est eni radiis corpora declarare. quorū sunt similitudines. III.

Vces reflexas similiter & colores, debiliores esse, directe radiantibus.

¶Cuius causam prebet nō solum elongatio a fonte immo magis debilitas ex obliquatione. rectitudo siquidem, lucis cognata est processui sed etiam in omni opere naturæ dirigit: & expedit naturam, Omnis enim motus tanto est fortior quanto est rectior: & per consequens: rectitudine sublata: necesse erit languescere ex parte uigorem. Et hec est ratio quare lumen solis transiens per uitreas coloratas. colorem ipsum facit sensibiliter radiare & tingere opacum sibi obiectum propter fortitudinem scilicet radii quasi directe radiantis: non autem hoc potest radius a solido reflexus: fortitudo enim lucis necessaria est colori hoc solum mouendo ipsum: sed etiam mouendo cum ipso medium: in quo excedit radii fortitudo uitrum penetrantis: quamuis aliquātulū frangatur IIII.


Reflexiones factas a superficiebus fortiter coloratis, nihil aut tenuiter uisum mouere.

¶Cuius ratio est ut proximo patuit. lux directa fortior est q̄ reflexa. similiter & color. q̄ si prima superficies sit regularis & multū polita: res ī ea uideri poterunt nō tamen ut sunt sed colore speciali uestitæ. V.

LVces & colores a speculis reflexos res quarum sunt species oculo ostendere.

¶Quod patet quoniam species genita a re uisibili essentialiter habet rem ostendere cuius est similitudo. quoniam in se ipsa esse fixum non habens necessario ducit in alterum cuius est. quamuis ergo reflectatur. manet sibi essentia sua. & ideo rem ostendit: in alio tamen situ: cuius ratio infra patebit VI.

ANgulos incidentiæ & reflexionis æquales esse, radiumq; incidentē & reflexum in eadem superficie esse cum linea erigibili a puncto reflexionis.



¶Dicitur angulus incidentiæ quem constituit radius cadens super speculum: cum superficie speculi uel ex una parte uel ex alia: cum linea imaginabiliter erigibili a puncto reflexionis. Angulus autem reflexionis est quē cum eisdem cōstituit radius reflexus. æqualitas autem angulorum experimento colligitur. & ratione utrūq; probatur. quoniam si radius incidens transire posset in profundum speculi: cum linea perpēdiculari super punctum reflexionis in profundum ducta. constitueret angulum equalē angulo incidentiæ. quia anguli contra se positi sunt equales secundum euclidem. ergo eodem modo resilit quo trāsit, ergo necesse est ad equalem angulum reuerberari. unde si perpendiculariter cadit in speculum in se reflectitur. si oblique reflectitur in partem aliam. sicut etiam in motu corporali, patet quoniam aliquod ponderosum descendens motu recto in solidum corpus, uel proiectum linealiter si recte proicitur per eandem lineam reuerberatur. si oblique per consimilem resilit in oppositam partem. Amplius perpendicularis radius fortior est aliis. non solum propter conditionem radii absolutam: sed propter modum oriendi super rem obiectam. sicut patet ex declaratione. xv. propositionis primæ partis fortitudo igitur radii cadentis est secundū quantitatē anguli radii quē cōstituit radius in cadendo. sed fortitudo radii in reflectendo est secundum formationem radii in cadendo. igitur motus reflexionis sequitur motū incidētiæ. Amplius primas tres lineas esse in eadem superficie patet: quia radius icessui rectitudinis, ut est possibile, se conformat. qm̄ innata ē luci rectitudo. q̄ si superficiem istam egrederetur. dupliciter a rectitudine deficeret, & resiliendo, & diuertendo. VII.

DIaphaneitatem, speculi essentiā non intrare, ei tamen per accidens alicubi conferre.

¶Si enim res in speculo ostēditur per radios reflexos. ut iam patet. ergo perspicuitas per quam species i profundum ingreditur speculum impedit & sic non expedit uisioni. quoniam reflexio est a denso, quia denium propter quod specula consueta uitrea sunt plumbo subducta, Quod si, ut quidam fabulantur, diaphaneitas esset essentialis speculo, non fierent specula de ferro & calibe, a diafaneitate remotissimis, nec etiam de marmore polito cuius tamen contrarium uidemus, in ferro autem & aliis huiusmodi propter intensionem nigredinis. non est efficax speculatio, in quibusdam tamen lapidibus debilis coloris multo clarior ē speculatio q̄ i uitro. VIII.

IN speculis uitreis, plumbo abraso nihil apparere

¶Cuius ratio est quoniam licet a uitri superficie fiat aliqua reflexio tamen quando uitrum ex aliqua parte non obumbratur transit per ipsum lux directa. quæ reflexam uincit fortitudine sua sicut patet ex. iii. p̄missarū huius partis. q̄ si apponatur pannus obscurus, uel niger, uel huiusmodi aliquid poterit uideri quia tunc nihil directe transit per uitrum quod sit magnæ in radiando efficatiæ. IX.

SVperficies regulariter speculares septiformes esse.

℄Eſt enim ſpeculum planum,& ſphæricum tam concauum,quam conuexum.eſt pyramidale intra q̄ extra politum.Eſt etiam columnale politum extra:& intra.& in his ſeptem d̄riis plano ſcilicet ſpherico,concauo,conuexo, pyramidali interiori & exteriori, ſimiliter columnali interiori & exteriori,fiunt per ſingula diuerſa apparitionum genera ut patebit Quædam autem ſūt ſuperficies irregulares,quæ quamq̄ ſint politæ ſcilicet partim planæ partim conuexæ, uel concauæ, in eis tamen apparent facies diſtortæ propter irregularem reflexionem a ſuperficei diuerſitate. X.


Materia ſpeculi eſt lenitas intenſa,forma uero perfecta politura.

℄Hic dicitur lenitas magna partium concinnitas carens poris ſēſibilibus omnino.unde lignum & huiuſmodi corpora non poſſunt eſſe ſpecula. Politura uero dicitur omnis aſperitatis āmotio.ſi igitur ſit corpus lene multum & intenſe politum,erit ſpeculum eſſentialiter, ad hoc tamen ut ſpeculum lucide uiſibilia repræſentet,exigitur ut nō ſit coloratum colore ſenſibili. requiritur etiam ut nec puluere nec anhelitu nec humore ſit reſperſum.& hoc ē quod dicūt.oportet ſpeculum eſſe terſum. .XI.

Res in ſpeculis apparere uniuerſaliter debilius quam recte.

℄Cuius ratio eſt quoniam ut patet ex.iii.huius.formæ reflexæ debiliores ſunt.& ideo debilius repreſentant,& ideo debiliter mouēt. ꝑpter quod homo uix ſuæ formæ recordatur Amplius color ſpeculi immiſcetur luci reflexæ & eam obfuſcat,propter quod facies apparet tincta.latent etiā faciei maculæ propter debilitatem reflexionis. XII.

In quolibet puncto ſpeculi obiecto luminoſo,duas lucis terminat pyramides,unam incidentem,aliam reſilientem



℄Pima pars huius patet ex quarta primæ partis, & quia lux reflectitur a polito.ſequitur ſecūda pars propoſitionis.ut etiam pyramis inde a quolibet puncto reflectatur. .XIII.

A Quolibet puncto luminoſi,in quemlibet punctum ſpeculi obiecti radium incidere.


℄Hec ſequitur ex.iii.primæ partis ſupra. XIIII.

A Quolibet puncto luminoſi porrigi pyramidem , totam obiecti ſpeculi ſuperficiem occupantem.

℄Hec ſequitur ex ſexta primæ partis ſupra. XV.

A Superficie ſpeculi infinitas fieri completas reflexiones formæ uiſibilis.

℄Hoc patet ex p̄ habitis. uerbigratia ſit res uiſa plana. & ſpeculum planū tota ſpecies rei uiſæ non ſolum recipitur in tota ſuperficie ſpeculi: ſed in qualibet parte eius.Et quamuis partes a quibus poteſt fieri reflexio ſint finitæ:per diuerſam tamen compoſitionem.cum aliis partibus ſunt infinitæ.Quum igitur ſecundum modum incidentiæ ſit reflexio.oportet infinitas fieri reflexiones a quolibet ſpeculo.ſecundum enim pyramidem aliam & aliam:ſit uiſio in quolibet puncto alio & alio. non tamen propter hoc ſunt infinita actu:quia hec omnia ſunt unum corpus lucis:reflexiones autem completæ ſunt.quæ rem totam oſtendunt. XVI.



Radium ſuper ſpeculum prependiculariter orientem in ſe reflecti.

℄Hec ſequitur ex.vi.huius quoniam ſi per aliam lineam reflecteretur: per minorem angulum reſiliret:& non eſſent æquales anguli incidentiæ & reflexionis. XVII.

LVcē reflexā per agregatiónē fieri fortiorē luce incidente,

¶Omnis siquidē uirtus unita plus potest q̄ dispersa & similiter radii quum sparguntur debilitantur: & quum adunantur fortificantur. & ad aliquem effectum magis sufficiunt radii reflexi adunati: q̄ directi dispersi. hinc enim est q̄ in speculis concauis sphæricis ad solem positis ignis incēditur: si enim directe speculum radiis solis opponitur, radios omnes partim super unum punctum: partim super lineam incidere necesse est: omnes enim radii ab eodem circulo reflexi cadunt in punctum unum: quia talium sunt æquales anguli incidentiæ. erunt igitur & reflexionis, Quod igitur directe ignem non generat, Ex hoc prouenit q̄ radii solis concurrere non possunt: nisi fracti aut reflexi. Concl. XVIII.

LVcem speculo incidere & reflecti per lineas naturales.


¶Linea siquidem radiosa naturalis est: nec saluatur radii essentia: nisi in latitudine: & quia apparitio in speculis mutatur secundum diuersitatem figuræ. planum est q̄ a puncto mathematico non fit reflexio. quia illius nulla est secundum superficies diuersificatio. XVIIII.

Cap. II.



FOrmas apparentes in speculis per impressionem in speculis factam minime uideri,


¶Credūt enī hoies nōnulli. q̄ res in speculis appareāt p idola q̄ speculis ĩprimātur. & res q̄ si in idolis appareāt. idola tñ ipsa primo uideri. Et iste error geminatur: Quidam enim dicunt ipsum idolum imprimi ipsi speculo. & ibi esse ac uisum mouere. quod multipliciter falsum esse ostenditur. quoniam in speculis ferreis & adamantinis uidentur res in quibus nulla est perspicuitas receptiua impressionis. Amplius si res imprimeretur in speculo. diffunderet se in speculo undique & posset res uideri in omni parte respectu speculi. quod falsum est. non enim uidetur res nisi oculo existente in eadem superficie cum puncto uiso. & puncto reflexionis. equalibus existentibus angulis incidentiæ & reflexionis: Amplius quantitas idoli nunquam excederet quantitatem speculi quod falsum est. Amplius si idolum imprimeretur speculo appareret in speculo. & non ultra speculum. quod falsum est. apparent enim idola in concursu imaginario radii uisualis cum catheto. Amplius perspicuitas nihil facit ad essentiam speculi per se ut supra docuit. vii. propositio huius partis. Iccirco dicunt alii idolum non imprimi speculo: sed ubi res apparet in concursu radii cum catheto. s. ultra speculum ubi apparet idolum: quod falsum est. Quoniam in aqua turris apparet esse in terra tantum quantum est in aere. & si ponatur mons eminens in loco apparitionis: ita liquide apparet ac si esset ibi aer uel aqua, igitur ibi nihil imprimitur. Quid est igitur idolum? sola apparitio rei extra locum suum. uerbi gratia: aliquando oculus: ut supra patuit: unum iudicat esse duo: quod est quia res apparet non solum in loco suo: sed etiam extra locum suum. ita est in proposito quantum ad hoc. quia res in speculo secundum ueritatē uidetur. sed in situ erratur & aliquando in numero: ut infra. XX.



IN speculis planis et aliis, in maiori parte imagines apparere in concursu radii uisualis cum catheto,


¶Cathetus est linea perpeudicularis ducta a re uisa super superficie speculi plani seu sphærici. In concursu enim radii imaginabilis sub quo res uidetur cum perpendiculari ducta a re uisa ppendiculariter, sup supficie speculi apparet esse id quod in speculo uidetur. Cuius ratio colligi potest ex 67. propositione primæ partis. ipsa siquidem longitudo radiorum oculo præsentatur. sed quia pars radii reflexi mouet uisum immediate: & ita uisum intendit. illa etiam mediante: per se uisus appræhendit partem radii

incidentis in speculum. ita φ totus radius præsentatur oculo quasi procedens in continuum & directum. reflexionem enim oculus aduertere nō potest: quia nihil apphendit nisi partem radii quæ uisum afficit. necesse igitur est rem quæ in speculo uidetur si supra speculum est: sub eo apparere in concursu imaginabili radii cum catheto. uerbigratia sit speculum. a. b. g, sit res uisa. k. c: oculus uidens. d, cadant ergo radii. k. a. & c. b. a re uisa quæ reflectantur ad oculum per radios. a. d. & b. d. igitur res. k. c. uidetur continuari per radios. k. a. & c. b. radiis. a. d. & b. d, igitur. k. a. & c. b. uidetur porrigi in profundum speculi sub eisdem angulis sub quibus reflectuntur: igitur anguli contra se positi sunt æquales & cadit. d. a. in. e. d, b uero in. f. Amplius in perpendiculari prædicta s. catheto res eodem modo apparet quo in situ proprio: dico in speculis planis: quia rectius est ibi apparere: & hec est ratio auctoris in libro. v. capitulo. ii. XXI.



ALtitudes in speculis suppositis euersas apparere.

¶Hoc patet ex proxima. hoc tamen refert φ in speculis planis res uisa tantum apparet in profundum: quantum de super eminet: quod demonstratur. Cadat enim cathetus a puncto uiso. c: & sit. c. e. f, sitq; radius sub quo. c. uidetur. b. g. f, radius cadens a re uisa. c. g, certum est igitur in trigonis. c. e. g: & f. e. g: φ latera. g. e: & g c. sunt æqualia lateribus: g. e. & g. f. sicut patet ex proxima: & angulus. e. g. c. equalis est angulo. e. g. f. quoniam contra se positi sunt æquales: & anguli incidentiæ æquales sunt angulis reflexionis: ergo basis. e. c. æqualis est basi: e. f. res igitur tantum apparet ultra speculum uel sub ipso quantum est supra. φ si oculus uidet se ipsum: idem accidet quamuis perpendiculariter radius oriatur. quoniam ut dictum est: radius ipse compræhenditur. Amplius perpendicularis non est secundum esse naturale sed imaginarium, declinat igitur secundum ueritatem & procedit ista demonstratio ut supra: in aliis tamen speculis aliter est ut patebit infra. XXII.




IN speculis planis faciliter obiectis facies apparere præposteras. & sinistra dextris oppposita.

¶Huius propositiōis prima pars patet ex præmissa ex eodem enim sequitur ut superius appareat inferius, ex quo sequitur ut anterius appareat posterius. Amplius secunda pars sequitur quoniam in eodem speculo eadem res apparet sibi opposita. res autem oppositæ habent dextra sinistris opposita permutatim. Quare autē res appareat opposita ex hoc est quia pars radii mouens oculum dirigitur in oppositum & propter hoc totus radius uelut in partem illam quasi porrectus accipitur & per consequens res in extremo eius uidetur. XXIII.


IN speculis planis unam solā imaginē pmutatim apparere.

¶Sit. n. res uisa a. i speculo. b. g. e, & sit oculus. f, sitq; uisio p radiū incidentem. a e. & radium reflexum. e. f. dico φ punctus. a nō pōt reflecti sup punctum. f. ab alio puncto speculi q̄ ab. e, φ si potest detur punctus in quē cadat radius. a. c, igitur reflexio ē ad æqualē angulum, quum igitur angulus incidentiæ. c. sit maior incidentiæ angulo. e, quia est extrinsecus ad angulum. e. in triangulo. a. e. c erit angulus reflexionis ei coniunctus maior angulo reflexionis. e. ergo impossibile est concurrere radios. c. k. & e. f. super punctum unum ex parte. k. & f, angulus enim. b. e. f. cum angulo. g e. f. ualet qd̄ duo recti, ergo angulus. b. c. k. qui ē maior angulo. b. e. f. cum eodem angulo. g. e. f, ualet plus q̄ duo recti, ergo ex alia parte concurrent lineæ. f. e. & k. c. per quartam ppositionē primi euclidis. Amplius si ē alius punctus reflexionis q̄. e, non in longitudine speculi sicut ponitur sed in latitudine. ergo erit ducere perpendicularem ab oculo æque distātem perpendiculari erigibili ab alio puncto: & ita ab uno puncto plures erunt




perpendiculares ducibiles quod est impossibile.& hec erit demonstratio in reflexione radii respectu unius oculi. .XXIIII.

IN speculo fracto,mutato situ partium,diuersas imagines apparere.




¶Hoc per experimentum patet quia si partes speculi fracti ad eundem situm coaptentur qui erat ante fractionem:non plures apparebunt imagines in fracto q̄ in non fracto.plurificatio enim apparitionum nō est propter fractionem sed propter situs partium mutationem.In speculo enim concauo integro plures apparent imagines ut infra patebit. sed quia ut docuit.xii.propositio &.xv.a qualibet parte speculi fit reflexio,sed in partes diuersas ex mutatiōe situs partium fractarum fieri potest ut sit reflexio ad eandem partem.& per consequens simul diuersas imaginationes apparere.& non plures:sed unam intendere. Amplius ex consimili causa accidit quando speculum ponitur in aqua tunc ex eodem luminoso plures contingit apparere imagines, fit enim reflexio a superficie aquæ/quū lumen radiosum intrat aquæ profundum necesse est igitur ut occurrente speculo inde reflectatur, Et iuxta diuersitatem situs & superficiei speculi necesse est aliud eiusdem luminosi idolum apparere.& sic credo cū sole non stellam aliquam apparere.sicut multis uidetur & mihi falso ēt aliqn̄ uidebatur,sed ipsi soli ex diuersitate superficierū aquæ & speculi diuersa idola generari.idola tamen hoc modo plura non habet aliquod corpus nisi sit ualde luminosum: quia lumen aquam ingrediens debile est.& reflexū iterum a speculo debilius ut uix possit nisi sit fortissimum originaliter impressionem sensibilem generare. XXV.



IN speculo plāo duobus oculis unā apparere imaginem.

¶Cuius ratio est quoniam licet a diuersis punctis fiat reflexio ad utrunq; oculū:tamen radii reflexionis secant se in catheto & terminatur aspectus utriusque ocl'i ad idē sicut patet aptando demōstrationem uigesimæ propois utriq; oculo. XXVI.




IN omni superficie reflexionis quattuor precipue puncta contineri & quod extra illam est minime uideri.

¶Hi quatuor puncti sunt centrum uisus,punctus apphēsus,terminus axis .i.ppēdicularis lineæ ductæ a centro uisus in speculum:& punctus reflexionis nec uidetur quod extra superficiem istā est: sicut patet ex.xxiii. propositione. .XXVII.

IN speculis planis inuenire punctum reflexionis,

¶Sit.n.a. punctus uisus b. cētrum uisus speculum.d.g.h.ducatur cathetus.ab.h.& producatur ultra speculum quantū est a,supra speculum usq; in z & ducatur linea recta.b.z p punctum speculi.g.est punctus reflexionis ducatur.n.radius.a.g.augulus enim.z.g.h.æqualis est angulo.d.g.b. quia ei oppositus iterum etiam æqualis est angulo.h.g.a.quia equales sūt āguli.h.g.z & h.g.a ut supra patet igitur æquales sunt anguli.h.g.a.d.g.b igitur a pūcto g.est reflexio & non ab aliquo alio:contingit tamē unum apparere duo.in speculo plano propter elongationē uisibil' ab axe sicut & in uisibili directo supra ostēsū est accidere. ~~XXIIII~~



IN speculis planis figuræ & quantitatis ueritatem apparere.

¶Sit speculū planū.f.l.r cui super emineat longitudo.z.h.& ducantur radii.z.l.&.h.r.reflexi ad oculum.e. ducantur & catheti a puncto.h. et.z.uidelicet. h k et.z.s. quoniam igitur catheti æque distantes sunt.erit

imago in terminis cathetorum eiusdem quãtitatis. cuius est.z.h ergo quã ti as eadem apparet quæ est directe figura & eadem. quoniam quilibet pars tantum apparet sub speculo quantum est supra speculum ut ex præha bitis patet. necesse est igitur partes inuicem eundem ordinem retinere quem secundum ueritatem habẽt. cõtingit tamen rem in speculis planis apparere minorẽ q̃ sit:ex eisdem causis ex quibus i uisu directo.s.e. distã tia.hoc igitur uerum est ꝙ minor error accidit in his speculis scilicet in si tu tantum & in his que sunt omni speculo cõmunia, sicut supra patuit in tertia propositione huius partis.& in.xiiii.et in aliis nõnullis. .XXVIIII.

¶Cap. III.




IN speculis sphæricis extra politis, omnes accidunt error s,qui in planis.

¶Communes quidem causæ errandi sunt:tum quia lux de bilitatur ex reflexiõe:tum quia res apparet extra locum suũ. sibi ipsi opposita ut supra uisum est.accidunt etiam plures errores q̃ in pla nis ut patebit. XXX.

IN speculis sphæricis exterioribus apparet imago in concur su radii cum catheto.i.linea ducta in centrum sphæræ,

¶Hoc probari potest per experimentum & ex causis naturalibus,ut supra patet in speculis planis.In hoc tamẽ ẽ diuersitas quia in planis:ut supra uisũ est,res semper apparet tanta sub speculo,quanta est supra.hec autem ima go aliquando apparet in ipsa speculi superficie aliquando intra: aliquando extra uerbigratia sit punctus uisus.e.oculus.g. punctus reflexio nis enim,centrum uero sphæræ.d. planum est ꝙ locus imaginis est.k.ꝙ si ponatur uisibile in b.appebit imago in o,ꝙ si adhuc ponatur uisi bile ꝓpinquus sphæræ appebit extra sphærã:ut patet pertractanti.punctum autem reflexionis est facile iuenire præcipue ubi æqualiter distãt oculus & res uisa a sphera,Alias in inueniendo punctum maior est prolixitas,q̃ difficultas uel utilitas : sicut patet inspicienti capitulum de imagine.Ex hoc etiam apparet ꝙ imago in his speculis est propinquior speculo q̃ res uisa.quod non est in planis,ut supra patuit. XXXI.





IN speculis sphæricis exterioribus,partes rei,sicut sunt,ordina tas apparere.


¶Verbi gratia sit res uisa.a.b.centrum speculi.d.oculus.e. planum est ꝙ radius.e.h.concurret cum perpendiculari in pũcto.f.& radius.e.K.i pũcto .g.erit igitur imago.g.f.minor quidem re uisa,tamen partes inconfuse apparent & ordinate.ꝙ si res uisa ponatur in eodẽ situ cũ diametro sicut.a b.tunc idem iudicium apparebit,sicut patet ductis lineis ad.a.b.nã sicut in a.b.sequitur ibi. .XXXII.


IN speculis sphæricis, recta in maiori parte curua apparere.

¶Hoc itellige de curuitate nõ ad cẽtrũ speculi inflexa,sed a speculo auersa.uerbigratia,sit res uisa.a.b.c.oculus.d.qui non sit in eadem super ficie cum re uisa.& reflectatur ad oculum per.d.e d.f.d.g. apparet igitur curua,quod ad sensum demonstrari non potest in plano . sed in solida figura faciliter apparebit experimentatori.Cuius ratio est quoniam in oi bus speculis figura imaginis sequitur modum supeficiei reuerberantis. fit enim a superficie reflexio secundum modum superficiei.sed quia res uisa apparet.opportet ut & curuitas rei appareat.non in reflexione ad speculũ sed in auersione a speculo,Et hoc est intelligendum quando uisus non ẽ










in eadem supercie cum linea uisa.& centro sphæræ.etiam ex causa simili apparet ꝙ in superficiebus irregularibus sicut in speculis quibusdam ualde cliuosis facies apparent monstruosæ.In prædictis tamē speculis aliquādo recta apparent nō recta uidelicet si linea uisa & centrum sphæræ sint in eadem superficie cum ipso uisu.uerbi gratia sit res uisa.l.m.oculus enim pūcta reflexionis.o.p.cētrum sphæræ.d.planū quod idolū ē.q.r. XXXIII.

i N speculis sphæricis imagines in maiori parte minores esse rebus uisis.

